

Theodoretus ad allegorias delabitur. *B. Lutherus* mysticè ple-
 raque omnia interpretatur. Verùm si litteræ in hærendum
 esset, alia quærenda foret applicatio, ducibus *Græfero* & *Brigh-*
 G. Ex. 6. p. manno. Constat ננב & ארורי Austri nomine Meridiona-
 311. lem plagam; אשן Aquilonis, Septentrionalem passim in Scriptu-
 ra Sacra venire. id quod præter *Adrichomium*, *Mappa Judaica*
 Theatro Amstelodami excusa testatur. Hinc *Danieli* supra *Rex Austri* *Egy-*
 terræ sanctæ *ptiacus*, *Rex Aquilonis Syriacus* vocabatur. *Jachiades* per utrum-
 que Regem הורג Turcam intelligit, hic ipsi invalisse
 אשן ארורי על ראש נומת ארורי caput Nationis Romanæ creditur, h. e.
 Constantinum M. qui ne fando quicquam de *Turcorum* nomi-
 ne, suo seculo inaudiverat, rãtum abest, ut cum larvis pugnam
 iniisse credendum sit. Dicendum itaque fatalem hanc perio-
 dum *Antichristianismo* imminuisse ratione *subjecti*, quod *Ro-*
 manum diximus Imperium, à *Saracenis*, qui milvorum rapaci
 vite similes omnes pari sorte bellatores, quibus vita semper in fu-
 ga, & quorum vires *Romani* prima fronte ad eò horrecebant,
 ut nec amicos sibi nec hostes optarent. auctore *Ammiano Marcelli-*
 no. quamvis decursu temporis, modò inter *subditos*, modò in-
 ter *federatos* adsciti fuerint. Hi ratione *Judææ* ex locis *Austra-*
 libus adventantes, duce *Mubammede*, ejusve posteris *jugum*
Romani Imperii excusserunt, eiq; spatio XXX annorũ aliquam-
 plurimas provincias eripuerunt, quas magno numero recen-
 set *Rodericus Ximenez*, *Episcopus Toletanus* & *Georgius Elma-*
 historia A. rabum c. 12. cinus Arabs, quem *Latia* transcripsit *Thomas Erpenius*, potissi-
 hist Sarace- mum *Ægyptum* in Africa, *Syriam ac Ciliciam* in Asia. Hi fuere
 nicã l. 1. mures *Heraclio Imperatori* per somnium visi, quasi è terra nascentes
 atq; extrema vestium ejus arrodentes. brevi enim post, *Theodorus*
Cæs. Imp. frater una cum numerofo exercitu *Romanorum* à rebel-
 libus, *Saracenis*, insignem passus stragem, solis fugitivis exceptis
 occubuit.

§ 34. Sed & jam tum *Soricis* ad instar mysterium ini-
 quitatis se proderat. Elapla erant tria priora à nato *Christo* se-
 cula, quæ *Martyribus* nobilitata fuerant. usque ad tempora
Constantini M. Decursa erant tria sequentia, quæ *Papis* gaude-
 bant sat probis, usque ad *Gregorium Magnum*. Ex eo tempore
 Pon-